

Part Code  
S11316

DANES  
PICTA  
.COM



Grey Scale #13



A      1      2      3      4      5      6      M      8      9      10      11      12      13      14      15      B      17      18      19




XVI, 43-48

XVI, 47

Deo poemata

Gregorii Nazianzeni


1565





DANES  
PICTA  
.COM

Part Code  
STR1316





\*\*\*\*\*

# ILLVSTRISSIMO

DOMINO, D. STANISLAO HOSIO,  
 Diuina prouidentia CARDinali  
 S. R. E. Tituli S. Pancratij, ac Epis-  
 scopo Varmieñ: Domino suo cle-  
 mentissimo, Stanislaus  
 Greplius s. p. d.

**V**LTI MVLTA DE VIR.  
 tute scripserunt Philosof,  
 phi Antistes Clarissime,  
 magni nōis illi quidem  
 viri & sapientes, sed absq; Christo,  
 q; vera æternaq; est sapientia. Pro  
 inde non mirum, quod sicut alijs in  
 rebus, ita & hac in parte multa tra-  
 diderunt absurdā: fuerunt eī non  
 nulli, qui bonum opinione non na-  
 tura esse putabant, nonnulli virtus  
 tem pedissequā voluptatis esse vo-  
 lebant, alijs & παθεῖαν introducere co-  
 nabant, omninoq; multa docebant  
 a ij absurdā

P R A E F A T I O.

absurda et pugnantia, ut interim librorum quos de virtute scripserūt prolixitatem taceā, & Labyrinthos inextricabiles, in quibus cognoscendis magnam partem necesse fuerit consumere ætatis, ne dicām totam ætatem, quod de scriptis Chrisippi proditum est, quod sczt ad cognoscendum ea longa opus esset vita.

Quapropter libellus hic de virtute quem in manus sumplimus, merito laudandus est, & magnis illis Sophorę scriptis longe anteferendus: nō solum quod nihil monstrorum, nihil absurdum in se contineat, verum etiā quod breuiter & dilucide de virtute ea etiā doceat, quæ Sapientes illi antiqui ignorarunt: quæ vero sit hominis virtus, & cui virtutem acceptā ferre debeamus: tum qua ratione ad perfectionem virtutis ali-

## PRÆFATIō.

tutis aliquis puenire possit: nimirum p̄scatorū erat discipulus, qui hunc libellum nobis reliquit, Gregorius Nazianzenus, vir pietate & doctrina clarissimus, & quem solū Theologi nomine dignant̄ Græci: qui licet doctissimus esset, & antiz quis illis Philosophis par, omnes tñ illos thesauros eruditiois, quos longo tempore, & magno sudore sibi parauerat, pro stercoribus reputauit, vt Ch̄r̄m cū Paulo lucrifaceret, qua de re ipse quoq; scribit alicubis  
διοργανοί φίλοι ἔστε λόγων ηλέος, οὐδὲ συνάγεται  
Ἀντολίκητε δύσις πει καὶ εἰλάτιος εἰχος ἀθηναῖος ρεμ  
Τοῖς ἐπι πολλῷ ἐμόγκοσα πολυμορφόνει. ἀλλα καὶ  
αὐτοὺς

Πρινέας ἐμ Δαπεῖδων χριστὸν προπάρεοιθεν ἔακνα  
ἴξαντας μεγάλοιο θεοῦ λόγων, δοσόντα καλύπτει  
πάντα φρενός ερωτήσεις πολυειδέα μῆθορα

Hoc est, ut Budæus translatis:  
*Sola fuit cordi nobis facundia, quantam  
Orbiis ea manus simul occidunt. & cōdēgit*  
a in Tractus

## PRÆFATIÖ.

Tractus ex illustres Græcorū gloria Athener  
Sed simul ac tandem multo peperisse labore  
Cōtigit, ante pedes Christi afflictā ipse reliq.  
Cœdit enim summi sermoni numinis omne  
Humanæ mentis uarium ac uersatile uerbū.  
Atq; ideo etiam discipulum se pi-  
scatorum vocare gaudet:

Ὥι κόσμοι γλυκερησι θεοῦ δίκαιοι σαγήναις  
Οὐτέ λόγοις ιρατεροῖσι πεποιθότες, οὐτὲ ἀφένοις  
Κάρτει φυσιῶντες, οὐγαλλέες οὐτι πάροιθεν.  
ὅφρα τις ὡδὸις θεού ιράτος ἐσὶ λόγοι.

*Id est:*

*Qui mundum quondam, sacra uinxere sagena  
Non ui dicendi freti, non diuite rerum  
Successu inflati, terrenæ laudis egentes.  
Ut qui tanta uidet rerum miracula dieat  
Non hæc humanis opibus, non arte magistri  
Eueniunt, diui gerit hæc præstantia uerbi.*

Sicut autem ex alijs scriptis eius, ita &  
ex hoc libello discimus doctrinam  
in Ecclesia antiquitus eandem fuisse  
que & nunc est, nimirū diuersa ab  
ea quā nūc quidā maleferiati hōies  
pro Euani

3

## PRÆFATI O.

pro Euangelica simplicibus vendi-  
tant, docentes liberum arbitriū ex-  
tinctum esse, voluntatem nostram  
nihil agere ne cum gratia quidem:  
quod cùm docēt, quid aliud quām  
necessitatē inducere conantur, nec  
virtuti locū relinquunt. Sed illi te-  
meritatis suę dignas luunt poenas,  
cùm nusquā pedem figere nec cer-  
to loco consistere possunt, sed semp  
non de virtute in virtutem, sed de  
errore in errorē eunt: hæreses hæ-  
resibus nouas nouis et veteribus cu-  
mulantes. Nos aut̄ cùm libelli hu-  
ius lectione vehementer delectati  
essemus, Vir Amplissime, nō feren-  
dum putauimus, quòd tam à paucis  
legeretur. Proinde scholijs eum ex-  
plicauimus p̄ tenuitate nostra, vt  
intelligi possit etiā ab ihs qui Græcę  
lingue

**P R A E F A T I O.**

Singue sunt ignari. Ne aut̄ solus in  
lucem prodiret, addidimus ei co-  
mitem, nempe alterū eiusdem Au-  
toris non minus pium, nec minus  
elegans Poēmatum, de vite itine-  
ribus, & vanitate rerū huius seculi.  
*σὺν δὲ σύ εξομένω.* Has autem lucu-  
brationum nostrarum primitias,  
Amplitudini tue dēdicandas duxi-  
mus, non quod dignas putaremus  
que illi ascribantur: sed ut testatum  
omnibus facerem, quām cupiā hu-  
manitatis ac benignitatis in me tue,  
quandoquidem cū illa paria fa-  
cere non possum, saltē non ingra-  
tus videri. Deinde ut hic libellus  
Amplitudinis tue nomine gratior  
in manus hominū exeat, & adver-  
sus maleuolos tutior. Itaq; maiori-  
rem in modum rogo Vir Ampliss.  
ut munus

4

## PRÆFATIO.

vt munusculum hoc plusquam le-  
uidense sereno vultu suscipias, &  
autoritate tua tuearis ac foueas.

Cupio Amplitudinem tuam  
quam diutissime esse  
incolumem.



Cracouie ex minori Col-  
legio, Kal Aug.



Anno Salvatoris mundi nativitatis 1565



b

EPAGC

◆◆◆◆◆  
ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΝΑΖΙΑΝΖΗΝΟΥ  
ΤΟΥ ΘΕΟΛΟΓΟΥ,  
ΕΙΣ ΈΑΥΤΟΝ.

Τὴν αρετὴν ποδέων, ἀλλα τὸ μὲν σκέμα μάχεται,  
ἢ τις δὴ πελέθε, καὶ ὅππόν εμὲ οἵε τὸ μοιγε,  
καὶ μάλα πρὸ ποδέοντι. πόδονεδι μάλε εισος ἀνίκ.  
Εἰ μὲν δὴ καθαρὸς πελέθη ῥόος, οὐκ ἐσίμικτο  
ἢ μαστιχαμφρίοισι, καφαδριώοισι τὸ ἀναύροις  
Δίξη μὲν δὲ μικρέττη μὲν ἐπὶ χθονός. ἢ γαρ ἀνέχει  
βόρβορον ἐκ ιραδίκης, ἢ μέξαθλάρια βαρεῖσιν  
Ελικωρού, καὶ ζοφόεντι πολονυμίωσις ἐκ δύθεμεν Χθρῷ  
ζωῆς ἡμετέρης, καὶ ἰλυσόεντι βορέθρῳ.  
Οὐδὲ γέ τὴν ἑοικόδη, ἐπειδή σις ἐιμι παγεστα,  
καὶ ἔρνουν βιότοιο μιεκέω, ἐμμερῆ ἄρνυσον.  
Ἐιδὲ σκηνογύρεος πάντη ῥόος ἀλλ' ἐπίμικτο,  
Ἐσι χαθεῖτοις αρετὴ, καὶ αἴξις ἀποσμέτι.  
Πῶε ἀρετὴ πελέθη, τάδε φράζεο. νοῦ γαρ ἐγώγε  
τῇ καὶ τῇ νόομ ὠκύμ ἐπὶ σῆθεσιν ἐλίσω.  
τυχὴ μὲν χιόνος φυσις ἐτλεῖτο, αργυρόπετε.  
εαυτὴ δὲ αὐθιδικὴ πεπυρδε φυσιε. σδε μὲν σικτα,  
ταῦτα πέλει ἐλνθε δὲ βίκ πάρθη, ἢ ἀνεμίχθη.  
τῇ δὲ αρετῇ πῶε αἰχθετος ἐτίλυθεν εἰκόνη ἀτιθομ,  
εἰκόνα τὴν μεγάλοιο δεενη κακόχαεθες ἀμαρτ  
τάσσο.

ΕΙ ΕΠΕΩΜ

ΓΡΗΓ. ΝΑΣ.

Εἰ ἐποῦ θεός εἰμι, λάχθαντε στόματι εὐνόης  
πιωθάνομεν ἀλφειοῖς καλόρι ρύσμα, ὡς Διὸς πικρῆς  
Ἐρχούμενος, μέγα θαῦμα, γλυκὺς ρύσμας, δολέως  
Ηλώθι τελέηφ. λώσις δέ τε κέρες ἀχλύς (αιτίου)  
καὶ νῦν Θυμελέωμη, αρετῆς δέ τε, ἡ μετέρην νῦν.  
Πολλάκι ταρσόρι ἄτεξα πρόσος αὐτέρα, καὶ με θερετο  
Τηνεδανήπε μέρι μνα χαμᾶ βάλε, πολλάκι δαίτε  
Ἀυγαστάμια θεότητος ἀγνόημ φάος, ἀλλά μέσοντε  
Ηλθε νέφος, πρύφαν δὲ σέλας μέγα, καὶ μὲν ἐδάιξεν  
Ως φυγὴν ἐγκύσ ξόντα. τίς δὲ θεόνος, οὐ ποδέειδεν  
Αἰεὶ δὲ μοί ποθέν θητὸν νόμον, οὐ τό δέ ἀμενομ  
Ἐσιμέμοι, αὐχθῷ μενέλεμ, αὐχθῷ δὲ φυλάξοι.  
Τρόπος δὲ μπεδόμβην, ὄντος κάμε. πολλακιδαίτε  
Ἐδλοῦ τὸ δέ ιακοῖο θιάκειστι μὲν χρυσός ἀμορθεμ,  
Ως θητερομάλεός τις ἐπὶ ἵχνεσιν ἵχνα βαλλωμ,  
Ως ιερού θητηρα καλοῦ πλάγεδε δόλοισι μ.  
Ἄλλοτι σάρξ μὴν ἀνωξεμέμοι φίλομ, ἀλλοδέψε-

τιμή,

(αιώνιον).

Ἄλλο θεός. Φθόνος ἀλλο. Χρόνος δὲ μὲν, ἀλλοτίδε  
Ἐρδωδός συγέω, καὶ ἀμφιγέγκθα ιακοῖσι.  
Καὶ γε λόωμόρομαίνομενὶ αὐλάγχνοιστι μὲν οἴστι  
Σαρδίνιομ, ιακοχαρδρέπεινογήτρπνός ὅλεθρος  
Νῶν χθαμαλός, νῶν αὐτε μετήρος οὔτερι μέτιζωμ  
Σίμορομ, οὔτερικέ δέ ἀρέσαυρομ, ἀλλού δὲ μέτασις  
Καιροῖς, πουλυνωόμης τίς ἐρδόμιλόσχροα πεῖσαι,

b ij

Δάκρυα

ΤΡΗΤΟΡΙΩΝ

Δάκευα θρυλού χέωμ. ή δι' θειωδόντερον ἀμαρτίας  
κατά μεν, ἐξεπένωσα. τάδε ἔνδικθερανή; εγείρει  
Ἄλλος ἀμπλακίστηρ. ἄκουεις δέπει φάρμακαρίθιος  
ζάρηεσι πρόθενος εἰμί. ηρχεις εἰ φρεστίμεστάφασιδε  
Ἄισθενες ὅμηρος ἐκάλυψε, νιός δὲ ἀνένθετο μάνοιδες  
Οἱ ξυφαῖς ξείνοιστι κακοῖς, ιδίοις δέ τε ἀφεγγίε.  
ὑπάρχει Θυμόδοιστηρ, ἐπιχθίνι Θυπρατίδεστηρ  
ἔιμι, γαλιώμωρ πεντελή. οὐδὲ θύ. εἰ δὲ ἄρδειτης  
καὶ τυτθός πιθνειερ, δινισαματιδία λέοιστι  
κύματιρ. οὐ δέ αὐτος ρήξε δόδος πάρος γένειον  
Νηκεμίλιο. τῷ μὲν πεσεῖν χόλορ, διημέγα θαῦμα  
πολλάκι δέ εὐθυμέοντι σὺν ἐλα ωρῆσιμ αργίσαιε.  
Ηδη γαλικεσάτης αρετῆς θεορεκτείνητα.  
Εξαπίνης παλίνοσο οινότα πρεπομέστηρ ἔθηκερ  
σεπειπταμέδαιο φέρωμ πιμα λοίγιος ἔχθρος  
κλεπτομήνης προπάροιθερ υπερίχνεστηρ διατεθει  
σιν.

(πίστας)

Ἀνδρις ἀνέρχομεν γωγε, κοτε ἐμπαλιμέγχομεν  
πλεύοντες τὸ πάροινε μυστάμιλορος αἰενόδιενόνωμ.  
Αἰεμέχωρ μέγα τάρβος, ἔβιω μόγις, ὥκα δὲ λι-  
μακρος μοι βίος ὢν, κοτε ἐθέλω βιοθίοειδηρ.  
Ανστρι, ἄκουε ποδεώρ. ἄκος δέ πε τῇλα ἀπέμεσο,  
Ἴμασι πλεοτέροισι πλέορηνακότητας ἀγείρωμ  
τόνενερ ἡμετέρη γένει τόμελόνγυμα πετάχθως  
πρώτη μὲν τριάδος καθαρῇ φυσις, αὐταγέωτας  
Ἄγελις

6.

## ΝΑΖΙΑΝΣ

Ψηλοί τριτά δέργεγα βροτός αναθέλεται  
μεσηγύζων τε καὶ αργαλέου θανάτοιο (τοῦ  
ἔσκοτος ἐρίδωροι ἔχων τέλος, καὶ πάντες μεχθυρά  
Εἰ πολὺ μικρόν ἔωξα κακοῖς βιότοιο δέργεται.  
Ωντες δέργαρχονται μὲν τοις φρενίς ἔμμιτρά επιθετούσι  
κακοῖς δέργαρχοις, εἰς ερπατούσι πλεόνεσι κακοῖσι  
βαλλάφει, κακίκες δέ τε νῶτα διώνωροι,  
Ωντες δέργος πατάμιοι βιώλινθός ἀλλοὶ επεθρούσι  
τριχαλέοις, δολοφόροι πειναλάπιοι δὲ μιγά<sup>τοι</sup>  
κρυπτών πλεοντούσι πλασταθαρά, δορὶ οἶνον.  
Ηδέ αρετής πλεκτοῖο δέ πλεόνι, τοις δέργαρχοις  
Εἰ δέ τις ἐνθάδε δέργων δέργον ἔμμακεν, τοις δέργαρχοις  
ἔλαμε σάκα σεργεῖσιν ἐσδύσαι ποτε μέτρα,  
Τότοθες γέρας δέργωντος δέ τε μέτρα πικείδα  
Εἰ δέ γέτοι καὶ δέργωντος δέργοντος λασγοῦ ερπεστοῖ θήσοι  
πῶς καὶ τῆς μεγάλης αρετῆς τέλος τρίκαλος  
Ηδέ μονή καθαρά καθαρόν δέργος δινήσιος  
ἐνθάδε. πουλυχορδοὶ γαρ εἰπὸν μαστιμένθαδε  
καταπνόει.

Στέργων δέ εἴκετο επιπλατα λάθω κακά δικυδεντοι  
δικοῖοι μεγάλοιο δεσπότοι δέ δέργοις ἐτίχθι  
εἰκόνα ποθούσιοι, εἰσει καὶ σέπο μλινήσει  
ὅπε σέπο φρενός οῖοι εἰσει καὶ πειδούσεις δέλησει  
δέ δυλίσθιει εὑρίσκεις μόνη πηνίας τοις λαθυσάς,  
καὶ μάλα δερκομένη ποθεναὶ μεγάλου φαεθοτε

ΤΟ

b. II

ΑΥΓΟΣ

ΓΡΑΓΩΡΙΩΝ

Αυτὸς δὲ ματέλαμψε, καὶ ὅμμαστρος αὐτὸς εἴη  
φάνθικός.

Δογὰν μὴν μεγάλοις θεῶς προσκείσαντα μετέριστα  
πρώτην οὐσίαν θέτε. οὐδὲ περιγέλη παρέει μετέο.

Κενὸς δεῖται τοῦ θεοῦ παλλάξ, οὐδὲ κάρδις διωρίζει.

Αὐτὸς δὲ εὑρετήτω σαδικόντρομος δύμακτόντελαφρός  
ἔχομαι, οὐδὲ γέρασος εὑράλμαστον κῶλα οἰτάνωρ  
χριστόντεχωρ πνοιών, χριστόντελένος, λέβορον γητῶν  
Οὐδὲ με κῆρατοντα οὐδὲ ἐυθρομέοντα τίθησι.

Κείνοις δὲ κατέστησεν ἀποτάντες ἐτώσια πάντηνα δυντοῖς  
οὐδὲ νέκυες, γένοντες δολωδότες διμελακίστηροι  
οὐδὲ γαρέας κέρθες ἐκτῆσεν πωτώμληνορ πρύνη.

Οὐδὲ μὴν διδασκότες ἐκάτεροι οὐδὲ μέρημοις ἐπίπτοδελα

τοῖς δέ χριστοῖς δίχα, βροτοῖς ἵχνοις ἀείρε. (φίλος  
τῷ, μέμοι λίλω μεγάλιχε, μὴ δὲ ἐπιστέψεις εἰκήσεις.

Καρδίς ἔχει πρατείδεως, οὐδὲ εἰ μάλα πάντοφος.  
Μή δέ οὐδὲ εἰσορόω μχθαμαλώ τρόποις νόφος ἀσφρόης,

οὐδὲ πάντωρ ορατέωρ, οὐδὲ τέρματος ἀστορού ελαύνωρ.  
Τέρματος εργάτες ἐμφνευμός δέν διδετέρμα πορείης.

Λίλω μὴν διομέαρ, λίλω μέτε πε μὲ βλεμεάνθη.  
Εἰς γῆν οὐτόθεν ἐθηκεν εἰς οὐρανὸν οὐτοῖς ἀφρε.

Οὐδὲ τοιούτοις θεός ποτέ φει μεγάλησι. (κείνοις  
μάρπιες μὲν, χείρεως, τόδε ἐλάτεως, τῶδε οὐδός-

οὐδὲ τοσαοφροσύνης μέτροντο μηδὲν οὐδὲ βιοτῆς.  
Ισόντι πακόρον δέξιμον ἀπέλατοι οὐδελάτηθεστος,

καὶ

## NAZIANZ.

Ἄγα θάξος ἔχειν, ὡς ἐνταῦτες ἐμμέλισσαισι  
Ἀμφοτέρες καὶ μόνοι κακίμασταις εἰς φρεσίθείν  
Διείσοι δὲ βέλεμνον ἐπίσκηπτον εὑρίσκειν  
Μηδὲν ὑπορπέμπειν χριστον  
Μή δὲ μὴν ἐνδέσις ἀγειν, ἀβλήν σκοπός ἀμφοτέρων  
Πολλάκι καὶ δὲ περισσόν ἀχεκτίον εὗτε νέοιο (θερ.  
κυδεθίμειοντες, ὑπέρτονα δέξενοι μὴν.  
Ἴη μεγαλοφρονέντες, μνήσω δ' ὅθεν ἐξείσιον ἀλθεες.  
Τις μὲν ἔντοπάροιθεν, τις δὲ διενίστησιν αὐλάγχυνοισι  
ἐκεύθου,

Τις δὲ ἄρδεσκι μετέπατα, πόνις, καὶ σκῆνες ἐλαῶμι  
Μηδὲν ἀκιδνοτάτοιο φέρωμ πλέον εἰς νεκύεσιν.  
Ἴη χθαμαλοφρονέντες, πλάσμα χριστοῖο τέτυξαν  
νεκρούς πνοιής, μοίρητε σεβασμιον ἐνθεμ ἐπῆχθηε  
Οὐρανίθ, χθόνιθ, τυκτός θεος, ἐργον ἀλησον,  
Τοῖς χρισου πανέεστιν ἐξάφθιτον εὐχος ὁδένειον  
Τόνυκε μὴ γένεσι χαρίζεο. μη τὰ ποριασά  
Τόδε βίου φίλεειν, νηὸν δέ τε λώονα τινύχειν.  
Νηὸς γαρ μεγάλον δεῖ βροτὸν, ὅμπρε εἴ, ευξε  
κινύμινθ γανθεει, ἐξ οὐρανού αἰεὶρ δενθων.  
Τόνπερ ἐγώ κελομαῖ σε θύμωμεια πᾶσι φυλάσσω  
Ἐργμασιν δὲ λόσιτιμ, ἀεί δεομερεύτες ἔχονταν  
Ἄιεράσσιορ ἐόντα, ἐτίτκμορ. ουδοκέοντα.  
Μή ναῦμ μιλτοτάσσην, ἐῦχοομ, οὐ πραστίμοις  
καλλεσιμ ἀσράπησιν γέγεν επινῶτα θαλάσσης.

Ἄλλα

ΤΡΗΤ. ΝΑΣ.

Αλλ' εἰπεν γόμφοισι, εἴπω λοιπόν, εἴρηται  
χρίσεσι ναυπτικοῖσι δὶ οἴδματι Θάκα φέρουσάντο.  
πᾶς μὴν ἡ πρώτη μέρη, οὐδὲ δέ τε πάντες εἴ-

χοιτός.

Οἱ σοφοί, οἵ μεν καρδιῶν, οἱ πλούσιοι, οἱ τε ξενίδειοι  
Εργασίαν τε φεύγοντες. προμηνίσια καὶ νέα θεοὶ θεοίθεω  
πάτιν εὖ μὲν μάλιστα, οἱ ξενομάντινοι θεοί,  
Δαχὸν ἄγων θεεσσι προσέδικος, οὗ τόσον ἀχοθεός  
Χριστὸν φέρει μάλισταν μελανομάλιστα προστάτην ιδεισιν,  
ὅτι τοιν ηλεος ἐδλήσθη, εἴσαντι δέ τοιν πελάζω.  
καὶ γαρ δὲ μέτισι θεοί, καὶ μέτια θεοί  
Επειτα, οὓς δὲ μέτιοι θεοί, καὶ μέτια θεοί.  
Ως δὲ ἀντοι φέροντες, θεούς οὐδεὶς δένθαδεν εἶλαντο

νοίσα.

Ενθάδε καὶ μετέπειτα θεοὺς σῶν αρχέων πομο-  
νθέντοι σκιάσεντο εὑρίματι τρόπει θεοίσιν

(πτ.)

τέλος.

SCHOLION

# SCHOLION

**I**N LIBELLVM GREGORIE

NAZIANZENI, de uirtute hominis, quem ille  
inscripsit ἡγεμόν. i. in seipsum, siue de seipso, nempe  
de homine: nam sub sua persona tractat de homine,  
qua scz sit uirtus hominis, & qua ratione homo ad  
perfectionem uirtutis peruenire possit. Principo aut  
dicit se uirtutis desiderio teneri: coeterū quae sit homi  
nis uirtus, & unde contingat homini, hoc se ait igno  
rare. Si enim (inqui) uirtus est res purissima, nihil  
omnino habens admixtum mali: uidetur quod nemo  
sit unquam consequitus illam: atq; ita nec uirtus ho  
minis dici poterit, quae nulli contigit homini. Si aut  
res est non omnino pura uirtus, sed malis permista,  
quomodo uirtus dici meretur? Talem questionem  
Gregorius instituit ab initio, quam in progressu scri  
pti explicat.

Tlū exēt lū uirtutem, πάθεω μερη desidero quidem,  
& τας sed oīn ἐδιδαχέ με τοσε νο docuit me hoc,  
τις δι quænam τελεσθ sit, καὶ οὐτωθερ εν  
δε ἐσται ueniat, contingat ευοιγε mihi. καὶ περ  
Quamuis μάλα πάθεον: ualde desideranti, ipsam  
nezt, πάθον δε desiderium aut, & τέλεσθ infectum  
carens effectu, vñ cruciat<sup>9</sup> sub. est: desideriu (inquit)  
nisi quis re desiderata potiatur, excruciat hominem.  
Sensu est, uirtutem, inquit, amo ac desidero. Nam

A

virtus

## S C H O L I O N

uirtus natura sua animum meum in admirationem sus-  
pertrahit, ac se amandum ipsa docet: coeterum que sit.  
Ex unde contingat mihi, hoc non docet: etiam si summo  
ipsius desiderio teneat, quod quidem desiderium, cum  
effectu careat, quanto maius est, tanto magis me ex-  
cruciat: ποθέοντι datiuus ad εὔλογον proximum re-  
latus, pro accusatio ποθέοντα qui ad me remotius  
referendus erat.

Si uero dicitur si quidem sancte τελεόθει est, καθαρός ποτε  
purus fluor, purum fluentū, sive ἐπιμικτὸς non ad-  
mixtus, uel non admiscibilis: hoc est, qui admisceri ne-  
queat, υδωσι χαμεγίοισιν aquis hybernis, & νεφώ  
τε torrentibusq; χαραδράσιοισιν fossatis, qui p̄ fossas  
fluunt. Est enim χαραδρα fossa seu fissura terre, qua  
aqua pluia seu torrens efficit: unde torrentes, hoc  
loco χαραδράσιο dicuntur, qui per huiusmodi ri-  
mas fissurasue terrae fluunt, uel qui eiusmodi fissuras  
efficiunt. Si, inquit, uirtus est pura & sincera ex na-  
tura, ueluti quæpiā aqua lypidissime fluens, & tura  
bidis aquis ac torrentibus, quales ex hybernis pluvijs  
proueniunt, minimè permixta: si, inquam, uirtus talis  
est. Μή γάλλοι quero δομημένi qui ipsam ἔτετλε inue-  
nerit, consequitus sit, ἐπὶ χθονῶς in terra, super ter-  
ram. Hoc addit ad discriminē cœlestium: quis, inquit,  
hominū uirtutem ita omni uitio carentem, consequu-  
tus est in hoc seculo? Η γάρ θεος aut enim edidit  
ποικιλούμ cœnum ex usq; ius ex corde, η δέξατο  
aut ecce

9

In Lib. GREG. N A Z.

aut accepit, subaudi in cor, in animū, ἐλαύω trahens,  
ut potè qui trahit σάρκα βαρεῖαν carnem grauem,  
καὶ δολούμενος & turbatus, et qui turbidus reddi-  
tur ἐκ τοθερ extrinsecus, γοφεύτι ἔχθρω tenebroso  
hosti, ab hoste tetro: hoste, inquam, γωνίη μετέρης  
uitæ nostræ, καὶ λυσεντι βερεθρω & cœnoso baræ  
thro. Tenebrosum hostem uocat Satana, qui per pec-  
catum ex Lucifero factus tenebrosus, atq; adeò etiam  
tenebrarum princeps, homines quantū potest suis in-  
uoluit tenebris, fœlicitatem ex qua ipse excidit ipsie  
inuidens. Cœnosum aut̄ barathrum mundum hunc di-  
cit, in quem pro peccato uelut in lacum seu barathru  
aliquid cœnosum coniecti sumus. Quis, inquit, uirtu-  
tem unquam omnis uitij expertem consequutus est,  
cum nullus sit, qui non aut ex corde producat aliquid  
uitium, quo lympida alioqui uita turbida reddatur, aut  
extrinsecus peccatum in animum admittat, à Satana  
& mundo perturbata carne, cuius natura limosa, &  
cursus ad uirtutem tardus, facile remorari turbariq;  
potest: οὐδὲ γὰς neq; enim κερόνος erat consen-  
taneum, erat probabile, εμμενον esse, sub me, οὐδει-  
σον influidum, non fluentem, ἐπει postquam, quan-  
doquidem εἰμι sum, γύνις παγέσσα fluor concretus,  
seu coagulatus: καὶ χεισον βιότοιο & fluxam uitam  
διεκρέω perfluo, per fluxam uitam effluo. Quando-  
quidem enim (inquit) corpus meum concretum est ex  
materia spermatis fluida, nec mundus, in quo peregrina-

A ij

namur.

## S C H O L I O N

Namur, per quem transimus, ex ueluti aqua fluimus, est  
stabilis; non erat probabile me quoq; non fluxum mi-  
nimeq; durabilem esse. Hæc aut dicta sunt ex eo, quod  
superius de homine ueroa fecit, uelut de flumine aliquo  
limoso, qui aut ipse se turbidum reddit, aut extrinse-  
cens facile perturbatur: id est si aut, quod si ageretur est  
virtus est sū πανθραγγεος ἔρως non omnino ar-  
genteus fluor, non omnino candidus et lypidus flu-  
xus, & οὐ sed επιλυτος ad mixta χρησιμοτεχνι-  
deterioribus, malis, comparatiuus propositu, καὶ  
το, repete, si est uirtus μέσης ἀνος με mixtio inde-  
cora πῶστ τελεόδη ἀρέτη quomodo est uirtus. Quod  
si no omnino est pura lypidaq; uirtus, sed malis tur-  
piter admixta, quomodo uirtus dici meretur: τάκη  
φεύγεο hec considera, καὶ γάρ εγώ γε ε enim ego.  
Nam ego ελιτος ex uerso ὕκνῳ νόσῳ uelocem mentē,  
mente enim nihil est uelocius, την καὶ την hac et hac,  
huc illuc, επισθετο in pectoribus, in pectore.  
Perpende hæc, inquit, neq; enim contemnda aut  
obiter consideranda, sed summa diligentia inquirend  
uto ista. Proinde et ipse animi uires huc intendo,  
et consilia cogitationesq; in omnes partes uertens  
satago, ut questionem presentem discutere, et me ex  
hoc dubio explicare ualeam.

Τιχεῖ μὲν frigida quidem επλετο est φύσις χι-  
νοε natura niuis, ἀργυφέτε candidaq; πυρος δ αὖ  
φύσιο ignis aut rursus natura, contra ignis natura,

Favij

## In Lib. GREG. NAZ.

Secundū flauda, neq; sit calidaq; vñd ē pī min̄ta tōv-  
 ta π. λd neq; miscibilia hæc sunt, neq; misceri ista  
 possunt, ελύθ. dē πάροe soluunturq; prius h̄i ui, h̄  
 & vñmixθn quām permiscentur. Nix, inquit, & ignis  
 pugnant inter se, nec misceri possunt: quod si per uitia  
 ea cōmiserit cere uelis, prius soluuntur & pereunt, quām  
 cōmiscentur. Tūd & ετ̄ h̄i virtuti aut π. v̄d & x̄o quo-  
 modo turpitudo, επίλυθ supingreditur, inducitur,  
 ετ̄ iop ε̄ nova de honestans imaginem: quæ aut ista  
 sit imago, imaginemq; deformans, turpitude ipse ex-  
 ponit, dicens ε̄ nova imaginem τhū μεγάλcō θeov  
 magni Dei, que est magni Dei, & μεχτ̄a peccatum  
 κακίχαστo malis gaudens, quasi dicas gaudimala,  
 ε̄i ε̄ τεb̄ si uerē ε̄ μi θeōe sum Deus, λέχoς dē σoρ̄p  
 sors item tua. Apostrophe ad Deum, ε̄υχo uale ε̄i ocl.  
 gloriōr esse, gloriōr quod sors tua sim. Anima nostra  
 est ad imaginem Dei creata: unde sicut imago Regis,  
 est quodāmodo Rex, & dicitur Rex: ita & homo ad  
 imaginem Dei factus, est Deus, & dicitur Deus. Ego  
 dixi, dij estis, & filij excelsi omnes. Cum igitur p̄e  
 alijs rebus homo peculiare hunc acceperit honorē &  
 Deo, quod factus est ad imaginē Dei ipsius, non in-  
 iuria etiā p̄e alijs reb̄ homo peculiari modo dicitur  
 esse Dei: quamvis enim omnes in mundo creature Dei  
 sunt, tñ non nisi de hominibus, qui sunt cōetus fidelium  
 dicit scriptura, quod sint possessio, sors, & h̄ereditas  
 Dei. Est igitur sensus. Cum uirtus & uitium, malum

A iii

&amp; bonum

## S C H O L I O N

Et bonum non minus inter se pugnant, quam nix et  
ignis qui fit, quod nix quidem et ignis inter se con-  
iungi non possunt: uirtuti autem uitium coniungitur, hoc  
est, imagini diuinae, nempe animae nostrae: que cum sit  
imago eius, qui est summa atque eterna bonitas, et ipsa  
quoque necesse est, ut sit bonitas: qui fit, igitur quod  
peccato deformatur, de honestaturaque anima nostra? si  
quidem uere inuenitur in nobis, quod scriptura dicit,  
Ego dixi, dij estis, et pars Domini est populus eius.  
Et Iacob funiculus hereditatis ipsius. Si sum Deus, qui  
fit quod peccatis sum obnoxius. Si pars et hereditas  
diuina, qui fit quod non sum per omnia purus putusque:  
neque enim competit ut impura sit portio ac hereditas  
Dei, ad quem nihil immundum, nihil contaminatum  
ingredietur. πυνθάνομαι audio καλόρη ρέορ ἀλ-  
φειδίο pulchrum fluentum Alphai, ὃς ἐρχεται η  
uenit διὰ πικρῆς ἀλόρης per amarum mare γλυκὺς  
ρέορ dulce fluentum: μέγα θαῦμα magnum mira-  
culum, quod ingens miraculum est: οὐδὲ τε λέπιδη neque  
est, neque fit ἐπιλικτος admixtus ἡ λώβη sua noxa:  
hoc est, aque marine salse et amare, que admixta  
noceret suavitati ipsius. λώβη δὲ τε ἀερος noxa aut  
aeris sub. est. Est autem noxa aeris, αχλύς caligo, noxi  
vōσος et morbus sub. est noxa μελέωρ membrorum,  
ἀρετής δὲ τε uirtutis aut sub. est noxa, μετέρη νύξ  
nostra nox, hoc est, uitia que animi sunt tenebre.  
Alpheus fluuius ex Arcadia ortu habens, per Elide  
in mare

## in Lib. GREG. N A Z.

In mare influit, hunc tradunt multi sub ima maria in Siciliam penetrare, atq; ibi emergentem efficere Arethusam fontem : cuius rei argumenta esse feruntur, quod poculum in Arethusa emersisset, q; in Alpheum Olympie inciderat. Itemq; quod Arethusa fons per tempus olympiorum oleat simum, cum uero in Alphoe hostiae abluuntur. Dicit igitur Autor, quod non solum pugnantia, sicut est nix & ignis misceri in uice non possunt, sed & alia quedam in rerum natura uidere est, quae puritatem suam à corruptione conservant. Quemadmodum Alpheus per immensum pelagus salinum maris nihil corruptus in SICILIAM penetrat. Virtus autem, quam incorruptam maxime conueniebat esse, varijs uitiatur modis, id quod multis declarat argumentis: πολλάκις sepe ἀείσα ταξιδύ sustuli alam, Iubuolauī πρὸς αἰθέρα ad aethera, ad cœlum, καὶ μεθεῖα μεριμνα ac me grauis cura, τὴν δάκνητε tabificaq;, χαμοὺ βάλερ humum proiecit, in terrā deiecit. Primum argumentum: Sæpe, inquit, seculi huius rebus neglectis, pietatis sublatuſ alis, coelestia petiſ: sed cura quæpiam oborta, degrauans animum ac deprimens, & ueluti tabes quæpiam corrumpens retro agit me, & ad hæc humilia & terrena ab illis sublimibus & coelestibus deicxit: πολλάκις δὲ εὖτε sepe aut rursus, sepe item, οὐ γαστρικοὶ nidi, nimirum per internam mentis illuminationē, & γνώρ φάνε priū lumen δεότητος deitatis, & θάλασσον τινέφος sed me-

## S C H O L I O N

Sed media quedam nubes ἀλθε uenit, intercessit, ne  
 φθισθε occultatum est aut, atq; occultatum est, μέγας  
 σελας ingens lumē, οὐκ με εἰσάξεις ac me enecuit,  
 οὐ φύγει postquā fugit, sub. me ἐγώ είνατα prope  
 existente. Alterum exemplum: Sæpe, inquit, per illu-  
 minationem mentis contingit mihi uidere Deum, lu-  
 men illud beatum, & ab omni labe alienum: sed hoc  
 ad breue tempus contingere solet. Quemadmodū enim  
 nubes inter nos & solem interueniens, subducit solem  
 aspectui nostro: ita caro & sensus carnis, uelut obscu-  
 ra quedam nubes, oculis mentis subducit lumen diui-  
 num: quod quidem lumen, cum me in propinquo exi-  
 stentem deserit, magnum dolorē ex ablata sui præsen-  
 tia, mihi relinquit, planeq; me enecat. Hac de re Gre-  
 gorius etiam alio loco dicit:

μῆτερ ἐμοί, τί μὲν εἴτε ερεψί, εἴπει θεόρουτε νοήσο-  
 ούτε φράσαι δυναμική τόσσορ δόσορ ποθέω.

Βασι μέρτις ἔμοιγεν τούτου περίλαμψεν δπωπάσ-  
 ισσφανοῦς ξιάδος λάμψης ἐπαυρανίκη.

τὸ πλεῖον δὲ πάλιν ερεψίχωδε ἄχοες, ὡς σεροπί-  
 οτρίν με φάσοντες πρέσσου ὥντα παριπτα μέντοι. (ΤΙΣ

Id est, Mater mea quid me peperisti, quandoquidem  
 Deum nec uidere, nec eloqui possim tantum quantum  
 desidero, modica quedam mentis oculos mihi trini-  
 tatis illuminatio circumfulsit, maior pars aut fugit:  
 unde ego dolorem habeo, uelut fulgur priusquam me  
 lumine satiet citò præteruolans. Et rursus alio loco:

Priusquam

## In Lib. G R E G. N A Z.

Priusquam apprehendatur fugiens, & priusquam intelligatur elabens: tantum circumfulgurans mentem nostram, eamq; purgatam, quantum fulguris minimè durantis celeritas uisum, mea sentētia, ut per hoc quod apprehenditur trahat ad se: nam id quod prorsus apprehensibile nō est, nec sperat, nec ut consequi possit conatur quisquam. Per hoc aut̄ quod non apprehenditur admirationi sit: & cūm admirationi est, ut magis desideretur: & cūm desideratur, ut purget: & cūm purget, ut deiformes faciat: & cum talibus deinde tanquam familiaribus conuersetur. Quæ sit aut̄ nubes, quæ oculis mentis subducit lumen diuinum. ipse alio loco docet:

— ἀλλὰ μέσον νέφος ἵσατο δόσσε κάλυπτο  
σάρξ ἐπ αὐισαμένη πνεύματι σὺν χθονιῷ.

Id est, sed media nubes stetit oculos tegens, caro insurgens cum spiritu terreno.

Τις δ φθόνος, quæ hæc inuidia? ex dolore loquitur.  
quæ hæc est inuidia, quæ me non patitur frui perpetua uisus. Dei δ θυντος νόμος an hominis Lex,  
hoc est, Deus ποθεδ desiderat, αἰεὶ μὲν εἰ μοὶ ποθεῖσθαι  
semper mihi desiderari, ut à me semper desideretur,  
νοῦν τὸδε ἀμανόν εἰσιν εμοὶ hoc melius est mihi,  
μάχθω μὲν ἐλέγη labore quidem capere, labore  
consequi, μάχθω δὲ φύλαξσι labore item conseruare, labore retinere, τοῦτο γάρ εἴ μπεδόμενοι εἰσιν hoc  
enim stabile est, δ νῦν κάμε quod mens laborauit.

## S C H O L I O N

quod mens labore consequitur. Inquirit quæ sit causa,  
quod lumen diuinum statim ut apparuit, subducitur  
oculis mentis. An quia Deus uult, inquit, ut semper à  
me desideretur: ideo gustum tantum uisionis sui exhi-  
bet mibi, ut magis desiderium ipsius in me accendatur.  
An quia magis ita expedit, ut & cum labore hoc con-  
sequar, & cum labore retineam, propterea quod uili-  
scere soleant, que facile acquiruntur, & nullo negotio  
retinentur. Deinde, quoniam homo ad laborandum  
sicut avis ad uolandum natus est: expedit ut in ijs po-  
tius elabore, que durabilita sunt: que enim labore  
corporis parantur, non durant, nec hominē post hanc  
uitam comitantur: que aut animus diuinorum rerum  
studiosus acquirit, ea sola durant, & in futura uita  
hominem non deserunt. Deum aut uocat legem homi-  
nis, propterea quod Deus est exemplar illud, ad quod  
se homo componere debet, & uitam suam uelut ad  
prescriptam legem instituere. Estote (inquit) perfecti,  
sicut & pater uester qui in cœlis est perfectus est. Sed  
& uulgo dicimus, Omnis Christi actio, est nostra in-  
structio. Plutarchus in libello περὶ γέμων καὶ παιῶν  
δευτορ. Iupiter (inquit) non habet iusticiam assi-  
dentem, sicut Poëtae fabulantur, sed ipse est iusticia,  
& lex antiquissima et perfectissima. Tertium argu-  
mentū sequitur: τὸ θέμα δὲ αὐτεῖ sepe item ἐχθρός  
hostis, nempe Diabolus, & ueretur obfuscatus, obscuratus  
άγκυστι δι scrimen, & λόγῳ boni; οὐδὲ κακοῦ  
& mali.

In Lib. G R E G. N A Z.

¶ mali, ὡσις περιπλάνεος οἷς uelut aliqua astuta fe-  
ra, βάλλων ἐχνα inducens uestigia εἰπεὶ χρεοῖ σua  
per uestigia, ὥστε πλάγιος ut seducat, ut errare  
faciat, δόλοισι dolis, per dolum, θηρτήσα καλοῦ  
indagatorem boni. Pleraque animantia, ne à uenatori-  
bus per uestigia inueniantur, solent ea conturbare, ac  
eundo redeundoq; uestigia sup uestigia inducere: no-  
stri uenatores hoc leporem facere affirmant. Idem  
etiam Aelianus de lepore scribit, libro 6. capit. 47.  
Ad hunc modum Diabolus in errorem solet inducere  
hominē, quo minus bonum à malo dignoscere possit:  
nempe cum uidet aliquem studiosum boni, & ueri in-  
dagatore: solet ea uestigia, pér quæ ad cubile ueri bo-  
niq; peruenitur, conturbare, & uelut uestigia super  
uestigia inducere, ut in errorem inducat eum, qui bo-  
num inquirit. ἀλλά τι μέρεμοί φίλοι aliud quidē  
michi gratum σάξενως ερ caro iubet, ἀλλό δὲ aliud  
autem, repeate, iubet εφετοῦ preceptum, mandatum  
diuinum: ἀλλοθεύς aliud Deus, repeate, iubet: ἀλλο  
φθονος aliud inuidia, τό μέρη hoc quidem, aliud qui-  
dem χρόνος tempus, ἀλλά τι δὲ διώρη aliud autem se-  
culum. Pergit ita ut cœpit enumerare uaria impedi-  
menta uirtutis, quæ ipsam puram & lypidam esse  
non patiuntur. Aliam rem (inquit) gratam mihi ca-  
ro suadet, aliam lex animis inscripta nostris, aliud De-  
us, aliud inuidus Dæmon, qui obedientiæ felicitatē  
mihi inuidet; item aliud suadet præsens sæculū, aliud

B y futurum

## S C H O L I O N

futurum seculum. Vocat autem presentem uitam tene-  
pus, futuram: *eonā*: &ώρ enim non est tempus, ne  
temporis pars, neq; enim *eon* est res mensurabilis.  
Sed quod nobis est tempus, quod solis reuolutioē men-  
suratur, hoc in rebus ēternis est *eon*, ex re ipsa no-  
men habens: &ώρ enim dicitur, quasi dicas οἰεὶ ωρ  
Semper existens: non sicut tempus, quod semp transit  
absq; cursus intermissione, & quod quidem præteriit,  
iam non est: quod autem futurum est, nondum adest:  
presens autem antequam percipiatur, sensum effugit.  
Ἐγδω δὲ facio autem, ὃ συγέω quod odi. Sic Paulus:  
Non quod uolo bonum (inquit) hoc ago, sed q; odi  
malum illud facio. Que quidem uerba sub persona  
carnalis hominis dicuntur, qui odit quidem malum:  
victus tamen infirmitate carnis peccat, repugnante  
intus animo: καὶ ἀμφιγέγκθα κακοῖσι: & gaudeo  
malis, oblector malis, καὶ γελῶ & video, μορόψ  
&ivōψ mortem grauem, ἐνī ταλάγχνοισι μέμοντι  
in uisceribus meis: video, inquam, σαξδόνιορ Sar-  
donium, subaudi, γελωτα risum, κακοχαρτορ ma-  
lis gaudentem, quasi dicas gaudimalum. SALomon  
dicit, Peccator cūm uenerit in profundum contemnit.  
Pleriq; aut̄ eō malitię deueniunt, ut non solum con-  
temnant, sed gaudeant insuper malis suis: de quibus  
scriptura dicit, Exultant cūm male fecerint. Gaudeo  
(inquit) malis, nec mortem intus conceptam deploro,  
sed video: qui tamen risus est Sardonius & nocivus,  
utpotē

## in Lib. GREG. NAZ.

Appotē qui suis gaudet malis. R̄sus Sardonius, ab insula Sardinia: in Sardinia enim inuenitur herba quedam, quam qui ēderit, moritur cum risū. Mors aut sicut & uita est duplex, nempe corporis & animi. Vita corporis, est anima: & uita animæ, est Deus. Mors corporis, est separatio animæ à corpore. Mors animæ, est separatio diuinæ gratiæ ab anima, quod fit per peccatum: quare peccatū hoc loco dicitur mors, quod animam priuet uita, & mortificet.

Nῦν χθαμαλίς nunc humilis, sub. sum, vῦn πεπτέ nunc rursus μετάρχος sublimis, elatus, σημερός ho- die, sub. sum, & τίζωρ pñernens, reiiciens ὑβριν con- tumeliam, εσταύσιν δ' αὐτὸν in crastino autem, cras autem: ἀπὸ coniunctio expletiua, ὑβρισίς contume- liosus, ἀλλος ἐπὶ ἀλλοις ναργοῖς alius in alijs tem- poribus: πουλυπόδης τις polypus quidam, εἰδὼς μενος χρόνα assimilatus corpus, Synecdoche Græcis usitatissima, assimilatus corpore πετρῷ petris. Sum, inquit, mutabilis & inconstans: interdum, inquit, sum humilis, interdum elatus, interdum modestus, in- terdum contumeliosus: neq; idē sum semper, sed alias alius, ueluti polypus pisces, qui colorem subinde mu- tat, & ad qualem se applicat petram, talis efficitur. Σάκρουα θεματα χρέω lachrymas calidas fundo, ἡ ἀ- μαρτία, δὲ peccatum autem οὐ συνέργειος non co- effluit, non effluit unā, καὶ τὰ μέν & has quidem, & alias quidē εξενέργωσα euacuauit, exinaniti, efflu-

B iij di, τὰ δὲ

## S C H O L I O N

di, ταῦταις uero, κανθίσει γείσω rursus excito, ἐν  
δοθερ intus, ex interioribus, ἀλλας ἀμπλικα-  
σιν alijs peccatis, p alia peccata, ἀκουε δέ τε φάγε  
μανα medelæ aut pharmaca, medentia pharmaca,  
ſi τὰ abieci, abijcio. Soleo, inquit, nonnunquā pec-  
cata cum ferore deplorare lachrymis profusis, quae  
est peccatorū certissima medela: interdum uero abie-  
cta hac medicina, denuo pecco, et quod iterum de-  
plorem designo. παρθένος ἐιμὶ uirgo sum, σάξ-  
κεστι carne, καὶ ἐι φεστὶν εἰ animo, sub. sum uir-  
go, οὐ σάφα οἴδα non plane noui. Carne quidem sum  
purus à coitu uenero, an aut animo purus itidem sim,  
nescio: coitus enim interdum solo animo designatur.  
Qui, inquit, aspicerit mulierem ad concupiscendum  
eam, iam mœchatus est eam in corde suo. οἰδώς ἐκά-  
λυψερ ὄμματα pudor texit oculos, νόσος δανχε-  
δίς mens autem impudica ἀνένευτερ erigitur. Oculi,  
inquit, præ pudore in terram defiguntur: at mens non  
perinde demisso uultu est, sed erecto et impudico.

Mens, inquam, εξηφανής acutum habens uisum, quasi  
dicas, acutilumina ξείνοισι κακοῖς alienis malis, ad  
aliena mala, iδίοις δέ τε proprijs autem, ad propria  
autem mala, αφεψη̄s cœca, carens lumine. Mens,  
inquit, ad mala aliena oculata, ad sua autem cœca.  
ἐιμὶ sum οὐράνιος μύθοισι coelestis sermone, ἐπι-  
χθένιος πρεπής εσσοι terrestris animo, γαληνίωρ  
τε tranquillus; καὶ εὐδιαցετε quietus, repete, sum.

εἰδος

## in Lib. G R E G. N A Z.

Εἰδὸς δέ si autem, quòd si, ἀνίτησι uentus, καὶ τοῦτος  
 etiam parvus πνεύσειεν flauerit, ἀνίσαμαι insurgo  
 διστάλεοισι κύμασι tumidis fluctibus, ὥστε ἀπέληξε  
 πάρος nec desinit prius ῥόθος impetus, undarū stre-  
 pitus, ἡ γνέσθαι quam̄ fiat ναυεμίκη uentorū tran-  
 quilitas: τέλος δὲ tunc autem, πεσφν χόλον ca-  
 dere iram, sopiri iram, οἱ μέγα θαῦμα non magnū  
 miraculum, sub. est. Quemadmodum mare quam̄ diu  
 quiescunt uenti, est tranquillum: at cum flauerint uen-  
 ti, insurgit & intumescit fluctibus, nec impetus ille et  
 undarum strepitus desinit, quoad uenti sopianturn. Ita  
 & ego sum tranquillus, sum mansuetus, quam̄ diu nulla  
 occasio irae contingit. At ubi uel minima causa ad irā  
 me prouocauerit, continuo perturbatio & furor exo-  
 ritur, nec prius desinit quam̄ causa, quæ bilem moue-  
 rat, submota: esset autem res magna, & admiratione  
 digna, si quis magnis ad iram impellentibus causis a-  
 nimum reprimat ac moderetur. Cœterum quod ego  
 leuissima cōmotus de causa, nō prius quam̄ hac sublata  
 irasci desino: hoc nec magnum, nec admiratione di-  
 gnum est. πολλὰ δὲ s̄epe aut λέγοις ἐχερός  
 pernitosus hostis, εὐθρόμενος benē currenti, expe-  
 ditè currenti, Metaphora, & est datius pro genituio,  
 quod Pōētis est familiare. σύν ἀπίστους ἐλπωρῶς  
 cum optimis spebus, πόδα pedem, currentis pedem,  
 εὖλοιαν καὶ μεσάτης ἀρετῆς etiam medium uirtu-  
 tem ἐπεκτένειν superantem, εξαπινης ἐθνεύ  
 ὑπε

## S C H O L I O N

θπὸν προπόδεσσίν repente posuit sub radicibus,  
παλίνηρόν φερων retrorsum ferens, ὡς κατὰ  
ταμάχιον uelut per arenam, κλεπτομένη elaben-  
tem, προπάροιθεν ante, ex anteriori parte, ὑπὲν χνε-  
σον ἀστέουσιν sub uestigijs incertis, sub uestigijs  
instabilibus. Virtus res est ardua, proinde non sine  
labore ad eam peruenitur: quod HESIODVS  
etiam docet his uerbis:

τῆς δὲ ἀρετῆς οἰδεῖται θεοὶ πρὸ πάροιθεν ἔθηκαρ  
ἀθάνατοι, μακρὸς δὲ κοὶ ὅγθιος δίμος ἐπὶ ὁυτῷ.  
Id est, ante uirtutem dij sudorem immortales posue-  
runt, ετενίστη longa ετενίστη ardua uia ad ipsam. Quemad-  
modum enim in excelsum montem non sine labore a-  
scenditur, ita etiam ad uirtutis culmen non perueni-  
tur sine sudore. Dicit ergo Autor, quod sepe feliciter  
currentem me ετενίστη proficientem in uirtute, ετενίστη iam me-  
diam uirtutis altitudinem nonnunquam superantem,  
Satanas humani generis perpetuus hostis retro agit,  
ετενίστη sublimitate aī quam peruereram, ad infima me  
deixcit: non secūs ac euenire solet ei qui montem su-  
blimem ascendere conatur, progressusq; ad mediā alti-  
tudinem deorsum sub radices montis decidit, labenti-  
bus uecte per arenam pedibus, que sursum nitentis ue-  
stigia sustinere non potest, utpotē res infirma ετενίστη flui-  
da. αὐθις δινέχομαι γνώγε rursus ascendo ego,  
κοὶ επαλιν ἐρχομαι ετενίστη rursus uenio, διπίσσω  
reiro, retrorsum, πλεῖον ετενίστη plus adhuc, ετενίστη

τόπῳ

## in Lib. GREG. NAZ.

τὸν πόροιθεν antea. Post casum, inquit, eo unde de-  
cideram ascendere conor: sed iterum magis etiam ex-  
periculosis quam antea decido. οὐσά μογος infel-  
lix, sub. ego αἰεὶ semper, ἐδέν ωμ iter faciens, αἰεὶ  
ἔχω μ semper habens μέγα τόπος magnum me-  
tum: μέγις uix, laboriosè ἐβηρ ascendi, ὡνα δὲ  
statim autem ὅλισθος lapsus sum, decidi. Infelix,  
inquit, ego, qui ita semper ascendo, semper casum me-  
tuo: & magno labore quidem ascendo, facilimè autem  
decido. μακρός μοι θίος ἐσὶ longa mihi uita est,  
κοὐ οὐκ ἔθελο & non uolo λύσιν θίοτοι solutio-  
nem uitæ, finem uitæ, ἀνος ποθέωμ medelam deside-  
rans, ἀνος δέ τε medela aut τῆλε procul, sub. est  
& πέμποι ἀ me, πλευτέροισιν ἄμασι pluribus di-  
ebus, πλεόμ αγείρων plus colligens, magis con-  
gregans, κακό τητας malitias, peccata. Præsens ui-  
ta (inquit) cùm sit ærumnosa & misera, longa mihi  
uidetur esse, ac me tedet ipius: quemadmodum &  
DAVID deplorat præsentem uitam sibi prolongari,  
cùm dicit: Heu quia incolatus meus prolongatus est.  
Quamvis aut longa & tediosa mihi sit præsens uita,  
mori tamen nolo, nimirum uulnera peccatorū sanari  
per pœnitentiam prius cupiens. Sed tantum abest ut  
comissa expiem sclera, ut noua etiā insuper quotidianie  
addam, & cum etate plura semper cumulem. Hucusq;  
ostendit uirtutem hominis uarijs uitiari modis, nunc  
deinceps ad dissoluendum dubium, quod ex proposita  
questione natū erat, accedit.

## S C H O L I O N

Τούτην ideo τὸ δέ δόγμα hoc dogma πεπί-  
χθω fixum sit, statuatur ἡμετέρη γένεται nostro ge-  
neri, apud nos. πρώτη μέρη θιάσος φύσις prima  
quidem Trinitatis natura, καθαρή pura, sub. est, αὐ-  
τορέπαται at deinde, deinde autem χώλικη An-  
gelica, οἵτατη δέ αρτα tertia autem sub.natura, εγώ  
κροτος ego mortalis: ego homo, sub sum αυφιτά-  
λαντος anceps, utring; libratus, quasi dicas ambilia-  
bris, εἰσκώς stans, constitutus μεσσηγύ inter γωνίτε-  
uitamq; καὶ αγγελέου θεατοῖς & molestam mor-  
tem. εχωμ τέλος habens finem ἐρίσωρ magna  
præmij, ἀλλ' ἐπί μοχθορ sed laboriosum, erumno-  
sum, εἰ καὶ μικρόρ εώξα si uel modicum aperuero-  
θύγετα fores, κακοῦ βιοτοῦ male uite, ὥστε γάρ  
sic enim, ita enim θεώς ἄνωξε Deus iussit, Deus uo-  
luit, εμενοι αεθλορ esse certamen, ut esset certa-  
men, εμοις φρενος mee mentis. Ideo, inquit, hoc  
dogma fixum & stabile esse debet apud nos, nempe  
quod puritas est triplex. Prima quidem & incompa-  
rabilis est diuinæ nature. Secunda est naturæ angelicæ.  
Tertia humanae. Diuina puritas talis est, ad quam  
omnia collata quamvis purissima, sunt immunda. Post  
hanc primas tenet Angelorū puritas, qui post casum  
Luciferi, & eorum qui Luciferō adhaerant, ita con-  
firmati sunt in charitate diuina, ut amplius peccare nō  
possint. Antea uero non ἀκινιτους fuisse Angelos,  
sed θυγατρους ad malum, Luciferi casus docet.

Angelica.

17

in Lib. GREG. NAZ.

Angelica deinde puritate multò inferior est humana,  
quippe uita nostra inter bonum & malum, inter ui-  
tam & mortem est constituta, nunc in hanc, nunc in  
alteram uergens partem: premia quidem amplissima  
proposita habens, sed que nō contingunt homini sine  
labore, sine ærumnis multis, que ærumna hominem  
in hanc miseram uitam prodeunt, statim in ipso li-  
mine excipiunt: unde nemo, quantumvis breuis uita  
fuerit, expers esse malorum potest: Deo ita ordinante,  
ne mens in otio ac pace torpeat enerveturq;, sed cer-  
taminibus huiusmodi semp exerceatur, ac deinde pro  
laboribus coronam immarcescibilem reportet.

κεῖνος δὲ ὃλε αὐτὸν ἐστιν ἄριστος εἰδίκης εἶαι optimus, οὐδὲ ἐπ  
πλεόνεσσι κακοῖσι qui in plurimis malis, δουλε  
φέρδι parva fert, pauca habet: hoc est, qui inter plus  
rima mala, quibus humana uita est obnoxia, minimis  
laborat. Sic & HORatius dixit, nullum absq; uitijis  
nasci: optimum autem esse, qui minimis urgetur.

κακῆς δέ τε locus non est integer, & carmen non  
constat: διώρωμδέ τε persequens autem νῶτα κα-  
κῆς terga malicie, οὐδὲ δόρε ποταμοῖς uelut fluxus  
fluminis, βιώμενος impellens, urgens, ἔλλος δέ εθρον  
aliud fluentum, οὐλέποντε turbidumq;, οὐδὲ ἀγειορ  
& scuum, εἰδὲ si aut, quod si μιγείη misceatur, οὐδὲ  
πτῶμ occultans πλειοτέρῳ καθαρῷ copioiore pu-  
ritate δόρε λυγίεντα fluentum limosum, καὶ δέ οὔτε  
hac uirtus, hac est uirtus πλειον cōpositi, nempe

C iij

hominis.

## S C H O L I O N

hominis, qui ex terra & spiritu, ex corpore et anima  
est constitutus. Peccatum est duplex, est enim quoddam  
peccatum ad mortem, quoddam non ad mortem: sicut  
Ioannes Apostolus docet in prima Canonica, uel ut  
solemus dicere, peccatum mortale, & peccatum ueni-  
ale. Peccatum ad mortem est, homicidium, adulterium,  
& id genus alia. Peccatum non ad mortem, ut si quis  
captus cibi potusue dulcedine, paululum aliquid sumat  
ultra naturae necessitatem. Peccatis mortalibus carere  
potest homo, peccatis uenialibus non item: etiam si nul-  
la culpa est tam leuis, ut sit negligenda: leuia enim si  
negligantur, pertrahunt ad mortem: sicut arena mul-  
ta degrauat nauem, etiam si minima sint ex quibus con-  
stat arena. Dicit igitur Autor, quod uita humana  
absq; peccatis non agitur: optimus aut ille est, qui mi-  
nimis & paucissimis (nam hoc in utrumque significat)  
laborat uitijs, quiq; in seruitute peccati se redigi non  
patitur: sed potius illud profligat ac terga uertere com-  
pellit, profligatumq; urget ac persequitur: & sicut flu-  
uius purus lympidusq;, propellere uel solet fluentum  
aliquid in diuersa nitens turbidum & asperum, ipse  
purus ac lympidus permanens: aut si quid etiam tur-  
bidi admisceatur, copia purioris aquae modicum illud  
impuritatis ita obscurans, ut nihilominus purus lym-  
pidusq; esse uideatur. Ita & is contra nitens malum  
in fugam ueritit persequiturq;: quod si quid labis etiam  
contrahat, copiosiore puritate uite & hoc obscurat  
occultatq;.

## in Lib. G R E G. N A Z.

Occultatq;. Et hæc est uirtus hominis, qui ex carne & spiritu, ex corpore & anima constat: non sicut Angeli, qui sunt mentes simplices, & intelligentie abstracte, materiaeq; expertes.  $\varepsilon$  id est si autem aliquis quod si quis evitare est in hic existens, nempe in hac uita, est sane theorum uidit Deum, non est sane aut currit propter avantage ad Dominum, & ceteras est in theorum sublata hinc operam. Bepeniam carne graui, est oufauimus in coelum, tunc ergo es in hoc donum est theorum Dei, Propterea d'etur hominibus aut, ut erga est in natura & modus impositus esto, modus adhibetur. Quod si, inquit, alicui preter ea que diximus maius aliquid contingit: nempe si aut puritate cordis ita excellit, ut Deum uidere in hac uita etiam mereatur, quemadmodum Patriarchæ & Prophetæ, et alij Sancti uiderunt: aut ad Dominum affectu cordis ita contendit, ut carnis infirmitate & grauitate ad hæc humilia non deprimatur, sed potius ipse carnem firmitate spiritus ab ijs secularibus abstrahat, & ad celestia subuehat. Si, inquam, tale aliquid contingit cuiuspiam in hac uita, hoc Dei donum est, quod supra conditionem uitæ praesentis diuinitus conceditur: homo aut modestus esse & conditionis sue modum agnoscere debet.  $\varepsilon$  d'ay si autem age, si aut uis age, uel, age uero: nam sic apud Homerum accipi solet hæc loquutio. κοι τοῦτον εγώ λόγον & hanc ego rationem ήγω τοι ponam tibi επ φρεσι in præcordijs, in animo, πῶς κεν ἴκνει

C iiij

quomodo



## S C H O L I O N

quomodo peruenias, quomodo peruenire queas επί<sup>τέλσον</sup> ad terminum, ad metam τῆς μεγάλης ἀρετῆς magnæ uirtutis, καὶ μονή que sola, sub. est καθορῷ puro, nempe Deo καθαρῷ θυός purum sacrificium, purum thimiamata. Age uero, inquit, etiam hoc ego te docebo, qua ratione scit peruenire possis ad perfectionem uirtutis: uirtutis, inquam, non uulgaris, sed numeris omnibus absolutæ, que nihil uitij, nihil imperfectionis admixtum habet: & que sola Deo, utpote purissimo purissimum est sacrificium οὐ μέμονον equidem puto, ἐνθάδε hic, in hac uita, καὶ πνόες γαῖα fumus enim ποντικοῦ multifusus, multum diffusus, ἐνθάδε hic, sub. est επὶ δημοσίῳ in oculis, σέγνω contentus sum, boni consulo, præstatuam: de autem ἐιναι λίπει si relinquam, si relinquere queam, ac effugere κακού δικαιού τοι mala lachrymosa, mala tristia. Perfectio absoluta non contingit in hac uita, sed in futura: ex parte enim cognoscimus, inquit Paulus, & ex parte prophetamus. Ast ubi uenerit quod perfectum est, tunc quod ex parte est abolebitur: quum essem ut puer, ut puer loquerabar, ut puer sentiebam, ut puer cogitabam: at ubi factus sum uir, aboleui puerilia: cernimus enim nūc per speculum in ænigmate, &c. & mox, nunc cognosco ex parte, tunc uero cognoscam quemadmodum & cognitus sum. & alio loco, non quod apprehenderim, aut iam perfectus sum, sed sector si etiam apprehendat, quatenus



quatenus & apprehensus sum, & mox, ego meipsus  
nondum arbitror esse quietum esse, unum autem illud  
ago: eorum quidem que à tergo sunt obliuiscens, ad ea  
uerò quæ à fronte sunt enitens, iuxta prefixum signū  
in sequor ad palmā supernā uocationis Dei: quotquot  
itaq; perfecti sumus, hoc sentiamus: hic Paulus docet  
perfectos, ut ad perfectionem contendant, & se im-  
perfectos sentiant: perfectio enim que hic est, nondū  
est perfecta, & collata ad perfectionem futuram est  
quedam imperfectio. Proinde Autor hoc loco non  
arbitror, inquit, te summam et absolutam uirtutē con-  
sequi posse in hac uita, propterea quod error et igno-  
rancia, ueluti fumus quispiam offusus est oculis mentis  
